

salvum facere quod perie at 11 Hæc illis audientibus adjiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Ierosalem, & quia existimarent quoddam confestim regnum Dei manifestaretur. 12 Dixit ergo Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. 13 Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, negotiamini dum venio. 14 Cives autem ejus oderant eum, & mi etant legationem post illum, dicentes: nolimus hunc regnare super nos. 15 Et factum est, ut rediret accepto regno: Et iussit vocari servos quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. 16 Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivi. 17 Et ait illi: Euge bone serve, quia in nro dico faisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. 18 Alter venit dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. 19 Et huic ait: & tu esto super quinque civitates. 20 Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua quam habui repositam in sudario. 21 Timui enim te, quia homo austerus est: tollis quod non posuisti, & meis quod non seminasti. 22 Dicit ei, de ore tuo te iudico serve nequam Sciebas quod ego homo austerus sum tollens quod non posui, & metens quod non seminavi. 23 Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens, cum ulutis utique exegissem illam? 24 Et astantibus dixit: Auferite ab illo mnas, date illi qui decem mnas habet. 25 Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. 26 Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. 27 Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. 28 Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam. 29 Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos. 30 dicens: Ite in Castellum, quod contra vos est, in quod introeuntes, invenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedet, solvite illum, & adducite. 31 Et si quis vos interrogaverit: Quare solvitis sic dicitis ei, quia Dominus operam ejus desiderat. 32 Abiurent autem qui missi erant: & invenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. 33 Solventibus autem illis pullum dixerunt Domini ejus ad illos: Quid solvitis pullum? 34 At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet. 35 Et duxerunt illum ad Iesum, & jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. 36 Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. 37 Et cum appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, ceperunt omnes turbae discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderunt virtutibus. 38 dicentes: Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in caelo, & gloria in excelsis. 39 Et qui iam Phariseorum de turbis, dixerunt ad illum, Magister increpa discipulos tuos. 40 quibus ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerint lapides clamabunt. 41 Et appropinquavit videns civitatem flevit super illam, dicens. 42 Quia si cognovisses, & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. 43 Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te & coangstabunt te undique. 44 Et ad terram prosternebant te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. 45 Et ingressus in templum, cepit ejicere vendentes in illo, & ementes. 46 dicens illis, scriptum est, Quia domus mea, domus orationis est, Vos autem fecistis illam speluncam latronum. 47 Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum, & Scribae, & Principes plebis quærebant illum perdere: 48. Et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

ARGUMENTVM cum Remissionibus.

Primò Vers. 1. Zachæus gaudens Christum excipit hospitio, ei- que Dominus dat salutem? De quo tractavi tom. 4 cap. 19.
Secundò, Vers. 12. Proponit parabolam Viri nobilis, qui suas mnas

inter servos distribuit, ab eisque earum numerum re- poscit; quod hic est ex- plicandum.
Tertiò, Vers. 29. In die palmarum Ierusa- lem cum triumpho, & ac- clamatione Hosanna, ut verus Rex, ac Messias in- greditur? Quod expli- citur tom. 4. cap. 40.
Quartò, Vers. 41. Videns civitas em flet super illam, pravi- dens ejus

ejus excidium per Titum, de quo dixi tom. 4. c. 41.
Mnæ distribuuntur.
Luc. 19. n. 12. Homo quidam nobilis abiit in regionem longin- quam accipere sibi reg- num, & reverti.
Num. 13. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos negotiamini dum venio.

VERSIONES.

Syriac. n. 12. Vir unus filius cognationis magnæ.
Arabicus. Homo quidam de genere nobili.
Persicus. Magnus quidam natus gene- re magno cum exercitu multo.
Græcus. Maximo stemmate natus.
Æthiopic. Ut regem facerent eum.
Persic. n. 13. Convocabat decem viros è juvenibus suis.
Arabicus. Mercamini his usque ad tem- pus reditus mei
Alter. Persic. Mercator quidam, &c. de- cem mnas pecuniæ de- dit, &c. Mercaturam fa- cite.

EXPOSITIO I.

1. Homo quidam nobilis: Ipsemet Christus HD. significatur nobilis; seu, ut habet Syriacus: Filius cognationis magna: Nobilissimus; nempe, ut ait D. Cyrillus citandus: ex Patre, ut pote, vero deo: & ex matre, ex semine Regio David, Abiit: nempe, è terra: in regionem longinquam: in caelum, scilicet; quod maxime à terra distat: Accipere sibi regnum: Nam quamvis ab æterno illud obtineat, ut verus filius dei: tamen per Ascensio- nem ut verus filius dei: tamen per Ascensio- nem ut homo accepit: Titus. Theophylact. Euthym, Et reverti: post longum temporis spatium ad iudicium universale, juxta divinum decretum, ut Angeli dixerant in gloriosissimo Ascensionis die: Actor 1. n. 11. Hic Iesus, qui assumptus est vobis in caelum: sic veniet, quem- admodum vidistis eum euntem in caelum. De qua res Petrus agens Actor. 3. n. 21. ait: Iesus Christum, qui oportet quidem caelum suscipere; usque in tempore restitutionis omnium.
2. Vocatis autem decem servis suis: Id est, quos domi habebat, nec enim omnibus omnia committenda sunt; ideo non alios assumit, & hic ponitur numerus certus pro incerto, ut notat Euthym, & ait: Numerus denarius hoc loco multitudinis demonstrat manifestarius est, tam de servis, quam de mnis. Et pergit Textus: Dedit eis decem mnas: Ac proinde singulis

unam mnas, Mna, vox est græca, quæ apud Latinos idem valet, ac Mina: libra pecuniaria erat. Mina autem erat duplex, una Attica, quæ continebat drachmas centum, Drachma autem idem est, ac Iulius Romanus, sive regalis Hispanicus; ut testatur Budæus lib. de ass. Hebræa verò mina erat duplo major, continebat enim duas libras cum dimidia, Ezech. 25. n. 12. Mina ergo Hebræa argentea 240. Iulios Italicos, sive regales Hispanicos habet: cum autem Christus locutus fuisset Hebræa lingua de mina Hebræa intelligimus.
Es ait ad illos, negotiamini: Vult Christus D. ut talentis, donis, ac gratis ab ipso accep- tis semper operemur, & nunquam quiescamus; sed semper nos exerceamus in dei mandatis, ita ut vita nostra nesciat otium, sed perpetuum negotium lucri spiritualis. Hinc ait Apostolus 1. Corinth. 12. n. 7. Unuique enim mani- festatio spiritus ad utilitatem: Ad utilitatem, nempe tam sui, quam totius corporis Eccle- siæ, ad negotiumque spirituale; tam sui ipsius quam proximorum, ut ibi explicant D. Chry- sostom. D. Thomas, D. Remigius: Dum ve- nit: Vult Christus D. quoddam quoad sumus in hac vita mortali, indefinenter operemur donec ipse veniat, non solum ad iudicium uni- versale, sed etiam particulare uniuersusque;

QUÆSTIO I.

Quare Christus D. hic proponit hanc parabolam, cujus sensus magis hic explicatur?

M Vli graves Auctores ut Maldonatus, Cornelius à Lapide, & alij tenent, quod hæc parabola eadem sit cum illa de Talentis quam scribit D. Matth. 25. n. 14. 15. 16. quod tamen distinguitur, ex multis verificatur, multiplicique differentia ostenditur Nam illic talenta dantur ad negotiandum, hic mnæ, illic uni quinque, alij, duo, alij unum, hic vero singulis singula dantur mnæ. Illic tres servi sunt, hic decem. Illic servus piger talentum abscondit in terra, hic asseruat in sudario. Illa parabola dicta est Ierolymis per ingressum domini in Ierusalem cum ramis palmarum, ut describitur Matth. 21. Ista verò prope Ierusa- lem ante dictum ingressum, qui statim descri- bitur ab Evangelista hoc capite à n. 29.
Conveniunt doctores, quod iste homo no- bilis, Christus D. sit D. Basil. in Isai. 33. & ait, Quemadmodum generosos dicimus eos, qui ex regali sanguine prognati sunt; sic prænobilis & generosus est, qui ex essentia Patris subsistit. Euthym. inquit: Seipsum significat Christus homi- nem quidem, qui hominem assumpsit, præcla- rum verò genere, utpote filium Dei: Beda ait, Nobilem intelligit, id est, filium Regis Davidis, homo nobilis ille est; cui casus clamabat: Fili David miserere mei. Solus simpliciter Chri- stus dicitur nobis secundum divinitatem ex Patre; & secundum humanitatem Regio san- guine ex Matre.
Non verò ita conveniunt, quænam sit ista Regio longinqua, in quam homo abiit. Multi tenent,